1586. 22. Junii — Ex Arch. Cap. Varmiensis.



Rex Stephanus ad Martinum Cromerum, episcopum Varmiensem.
Ex arch. capit. Varmien.

100

[Stephanus Dei gratia rex Poloniae magnus dux Lituaniae, Russiae, Prussiae, Samogitiae etc. Princeps Transilvaniae.]

Reverende in Christo Pater, sincere Nobis dilecte. Generosus Michael Haraburda, castellanus Minscensis (1), rediens ex Moschovia, quo nuntius missus fuerat, nihil aliud Nobis retulit, quam quod mittantur huc ad Nos legati Moschovitici cum mandatis ad tractandum de rebus seriis, omninoque eos Orsam post festo divi Petri, juxta vetus calendarium in duabus septimanis incidente, sese sistere, atque huc ad Nos quam primum pervenire debere; quod quidem Nos Sinceritati Vestrae, senatori regni, significandum esse duximus, ut, si commodum illi erit, veletque iis tractationibus interesse, huc ad Nos veniat, atque una simus medium consulat (2). Faciet Sinceritas Vestra rem officii sui Nobisque gratam.

Datum Grodnae, die [XXII] 22 Junii, anno Domini [MDLXXXVI] 1586, regni nostri undecimo.

Stephanus Rex.

[Reverendo in Christo patri domino Martino Cromero episcopo Varmiensi sincere nobis dilecto.]

Moschovitica.

(1) Michał ... pokoju w Kiw... skim 158... pit ... ka...